docti punctione spiritus· nec opus habeatis
doceri· nisi ut perſiſtatis in eo quod cepiſtis·
Et quod omne mendatium ex ueritate non est·
Hic uersus pendet a superiore· Et est
sensus· Non scripsimus uobis quasi ignorantibus
ueritatem· sed quasi scientibus eam· Et hoc quoque scien
tibus quod omne mendatium ex ueritate non est· Ecce
enim admoniti sumus· quomodo cognoscamus
antichristum· Christus dicit· ego sum ueritas· Omne
autem mendatium non est ex ueritate· Omnis ergo
qui mentiuntur nondum sunt ex Christo· Non dixit quod
dam mendatium ex ueritate· et quoddam mendatium
non est ex ueritate· Nemo se decipiat· nemo
se inludat· omne mendatium non est ex uerita
te· Quis est mendax nisi is qui negat quo
niam Iesus non est Christus· Praedixerat omne mendatium